

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 17. Quartò hæretici contra se habent Traditionem omnium Patrum,
declarationemque octo Conciliorum Generalium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

qualitates Christi, innocentia, mansuetudo, &c. per qualitates Agni melius representantur. Denique manducatio Agni habet effectus magis exprimentes effectum hujus Sacramenti, quam manducatio panis. Magis enim caro nutrit, quam panis, & Agni manducatio fidem magis excitat, meliusque representat Christi mortem. Sanguis quoque, quo Moyses librum, populum, tabernaculum, & omnia vasa ministeria apergit, dicens: *bis sanguis Testameni, quod mandavit ad vos Deus* (ut Apostolus refert Hebr. 9) melius & nobiliter significat sanguinem Christi (de quo ipse: *bis est enim sanguis meus novi Testameni*, &c.) quam vinum: sanguis enim substantia nobilior est, & sanguis cum sanguine majorem habet propinquitatem, quam vinum. Et idem est de manna veteris Testamenti, quod etiam melius significat Christum, quam simplex panis, tum quia erat e celo, tum quia habebat omnem saporem, tum quia qui plus de illo colligebat, non habebat plus, & qui minus colligebat, non habebat minus.

163 Atqui fide certum est nobilior est quod Christus nobis dedit, quam quod Moyses Iudeis dedit, vel Deus tempore veteris legis, ut constat ex Joan. 6. *Non Moyses dedit vobis panem de celo, sed Pater mens dat vobis panem de celo veram.* Patres vestri manducaverunt manna in deserto, & mortui sunt. *Hic est panis de celo descendens, ut si quis ex ipso manducaverit, non moratur.* Explicans vero, qui sit iste panis: *panis (inquit) quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Caro mea vera est cibus, & sanguis meus vera est potus... nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & bibere sanguinem eius, non habebitis vitam in vobis. Unde Ambrosius l. 4. de Sacram. c. 5. *Magnus quidam & venerabilis, quod manna Iudeis pluit e celo; sed intellige, quid est amplius, manna de celo, ac corpus Christi usque, qui est Auctor celo.* Et lib. de initiat. c. 9. *Confidera noster prestantior fit, panis Angelorum, an caro Christi...* Manna illud e celo. *Hoc supra celum...* Illud aqua de petra fluxit; *tibi sanguis e Christo...* Illud in umbra, hoc in veritate. Salvianus l. 2. ad Ecclesiam: *Iudei habebant quandam umbram; nos veritatem. Iudei manna manducaverunt; nos Christum. Iudei carnes avium; nos corpus Dei. Iudei pruinam cali; nos Deum cali.* Enimvero umbra illa veteris legis, in nova (ut constat ex dictis n. 166.) transire debuerunt in veritatem. Siquidem Tertullianus lib. 6. contra Marcion. c. 40. probat Christum habuisse verum corpus, quia figura veteris legis praesignatum, & non est figura nisi aliquis veritatis: *figura enim (inquit) non fascat, nisi veritatis est corpus.* Quia ergo panis & vinum in veteri lege figura fuerunt corporis & sanguinis Christi in Eucharistia, ex figuris illis veteris legis ibidem probat veritatem corporis & sanguinis Christi in Eucharistia, uti n. 307. 308. & 309. videbimus.

CAPUT XVII.

Quariorum heretici contra se habent Traditionem omnium Parvorum, declarationemque octo. Conclitorum Generalium.

169 *P*Atres quippe omnes a diebus Apostolorum ad haec ultime tempora, in proprio, obvio & litterali sensu semper intellexerunt verba Salvatoris, *hoc est corpus meum, hic est sanguis meus.* Ut Cardinales Perronius & Bellarminus, Episcopus Coeffeius, Garetius & Contenorus, aliique Catholicorum Scriptores ostendunt, dissipatis & ad nullum redactis nebulis inanum glossarum cavillationumque, quibus clarissimas eorumdem Patrum sententias heretici Ministri Blondellus, Aubertinus, Clau-

dus, &c. obscurare conati sunt. Quod & adversus Ministrum Claudium adco praeclarè atque invictè nuper præstisit eximiae eruditissima Vir D. Antonius Arnaldus, Doctor Sorbonicus, in libro de perpetuitate fidei Eucharistie, aque in defensione illius, ut doctissimum p̄fissimumque Contento to. 8. disserit. 1. ingenuè fateatur, quod nullus ipso facilius, expeditius, efficacius, & (abst. " inquit, verbo invidia) crudius, & iuxta felicem " citius catholicam realis corporis Christi in Eucha- " ristia praeficiam demonstraverit. Quippe Mi- " nistrus Claudii librum sic dispuxit, eo robore " criminatioe ejus discutit, eo lumine, sophis- " matum officiis dispuvit, eo rationum pondere " & gravitate inanissimarum figurarum levitatem " & cantilenam opprescit, eo nervo Catholicam " veritatem defendit, ut adverfarium, floridum " illum quidem, ab omni soliditate tamen deser- " tuum, nullo in loco confidere sinat, sed cum " profrus exarmatum confodiat, usque ad hereticis " internecionem....

Et certè non sine speciali eterni Numini pro- " videntia Virum talen, tot olim modis diversum, absccondit diu Deus in abscondito faci suæ " a contradictione linguarum, ut cum tempore " deinceps opportuno excaret, & in defensionem " Christi, Dei verè absconditi, id est sub speciebus " panis & vini latentes, advercius hereticorum im- " petus armaret. Deccebat sanè, & Eucharistie my- " steriori propagatori plauè congruebat, ipsum in- " star grani frumenti in terram cadere, & mori, ut " multum postea fructum in universam Ecclesiam " redundaturum afferret, omnibusque columnis " toribus palam faceret, quid sentiret de illo cibo, " quem frumentum electorum, & vinum ger- " mans virginis docti à Domino Prophete nomi- " narentur.

Fuerunt quidem nonnulli (corum nomini " parco, parcat uitam & corum iniquitatibus Deus) " qui absque ulla veri vel tempestissima specie, per " summanum, & ante hac tempora inaudita ca- " lumniā, Doctorem illum negate transtulit, " & realis Christi in Eucharistia praefec- " tias insimulare non erubuerunt, quanvis infan- " diam illam suppositionem tot à se scriptis luculentis, " antea accusationis illius atrocitatem exa- " rat, depulserit, ubi Catholicis fidei articulum " (qui sibi semper precipuo amori fuit & venera- " tionis) his exprefſionibus, cā perspicuitate extu- " lerat, quibus assertiores, & formaliores, nec " Patres, nec sacra Concilia, nec Theologorum " Princeps S. Thomas, nec Scholastici ulli Scrip- " tores, ad exponentium Ecclesiae sensum ger- " manissimum, unquam invenire.

Porro quid in illo accusacionis monstru magis " eminenter, an columnia, an stultitia, & utra utram " vincat, profrus ignoro. Adcō enim insulsi & ta- " tuis conjecturis tam indignam in praefatum Ma- " gistrum suppositionem contrafere conati sunt, ut " non solum refellere, sed nec referre etiam sine " futuatis nota ipse auderem, & meminisse pude- " ret, nisi ipse Claudius, prætorum argumento- " um vi obritus, & futura subdoratus, ut ad fi- " lientium importabilem adverfarium adigeret, " candem columniam minitabundus regessisset.

At enim hereticorum fraudes facile floccifi- " canter, an columnia, an stultitia, & utra utram " vincat, profrus ignoro. Adcō enim insulsi & ta- " tuis conjecturis tam indignam in praefatum Ma- " gistrum suppositionem contrafere conati sunt, ut " non solum refellere, sed nec referre etiam sine " futuatis nota ipse auderem, & meminisse pude- " ret, nisi ipse Claudius, prætorum argumento- " um vi obritus, & futura subdoratus, ut ad fi- " lientium importabilem adverfarium adigeret, " candem columniam minitabundus regessisset.

Hæc in commendationem viri Theologi de "

Ecole.

De sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

97

„Ecclesia Romana & Catholica bene meriti, in-
„nocentiae ipsius, impactarumque calumniarum
„fallitatem convictus libenter scripsierunt, qui nihil
„postulum adverium veritatem, sed pro veritate.
Haec tenus p̄missimus Contentionis.

171. Ego quoque, post accuratum examen, de ea-
dem veritate convictus, in defensionem calum-
niatae innocentiae hanc ipsius pro D. Arnaldo
Calvinitarum flagello Apologiam libenter hic
exscripsi, ut & hereticis libros ipsius doctrinā ubi-
res, pietate refertos, soliditate mirabiles, debita
cum estimatione legant, & legendio ad Catholicae
Matri Ecclesiae gremium redemptam, ipsique Ca-
tholici multiplexem inde fructum referant, nec
ob calumnias illas tam praeclarum Autorem le-
geret designarent, ad quem tanctissimum Pontificem
Innocentius XI. per Eminentiss. D. Cardinalem
Cibio 2. Januarii 1667. humanissimas litteras scrip-
si, quibus tautum virum, tamquam eruditissimam
& ingenii laude apud omnes clarissimum plurimum
extolit, tantoque in precio habere te tellatur li-
bros, quos adversus Calvinianam heresim, singu-
lari studio ac doctrina, nec minori eloquentia &
ingenio elaboravit, ut sanctitas Sua aliquam tem-
poris partem gravissimam curia detractarum significet,
ut illis evolendis impendat, ipsiunque certum
faciat de paterna charitate quā ipsum, & virtu-
tē ipsius amplectetur, ipsi denique benedictionem
Apostolicam eargatur, velut incitamentum ad pol-
licita preces pro Sua Sanctitate fundandas, quibus
Sanctitas Sua ploramen confidit.

172. Sed (his per parenthesis dicit) ad SS. Patres
veniamus, quos per fugulas Ecclesiae astates,
quiquin denio agmine videri voluerit, apud lau-
dos Authores inveniet. Pauca, telechoraque aliquo
dumtaxat Patrum hīc testimonia accipe. Pri-
mo saeculo (post Paulum capite precedenti lau-
dum, & Andream Apolitolum, qui Ægeo Pro-
confusi dicit: Quotidie immolo... Agnum immacu-
latum in altari. Qui circa verē sacrificatus, & verē
a populo carnes ejus manducata fuerint, integer
perverat & vivit, prou in passione ipsius re-
fuerunt Presbiteri & Diaconi Achaiæ) Ignatius
Martyr in epist. ad Simeonenses, inter errores Sa-
cramontorum & Simonianorum, recenset, quod
Eucharistiam & oblationes non admittant; quod
non confiteantur Eucharistiam esse carnem Salvato-
ris Domini noster Iesu Christi, que pro peccatis no-
stris passa est.

173. Secundo saeculo Justinus Apologia secundū pro
Christianis, de Eucharistia sic loquitur: Neque
enī, ut communem panem, neque ut communem
potum ista sumus, sed incarnati illius Iesu car-
num & sanguinem eis doli summum. Nam Apo-
stoli in Commentariis a se scripti, que Evangelio
vocantur, ita visiderunt precepisse sibi Iesum.
Eam enim pane accepto... dixisse: hoc facti in
meam commemorationem, hoc est corpus meum.
Et pocula fratris accepero... dixisse, hic est san-
guis meus. Osfera non est panem communem,
sed carnem & sanguinem Christi, eo modo quo in
Incarnatione ex verā caro Christi. Si eo modo:
sicut ergo in Incarnatione, sic in Eucharistia verē,
realiter & substantialiter, non figuraliter, objective
& in virtute, seu energia & operatione dumtaxat,
est caro Christi. Videri potest codem saeculo Irc-
neus l. 4. c. 34. & l. 5. c. 2, eandem Catholicam
veritatem perpicue tradens.

Tertio saeculo Tertullianum pro Catholica ve-
ritate loquenter num... exhibebimus. Quartu
saeculo Concilium Nicenum I. Editionis l'itan-
i. 3. In hac sacra missa, ne brunniler intenti ſi-
mata ad proprieatum panem & calicem; sed atoll-
entes mentem fidei, intelligimus ſitum in illa ſacra
missa Agnum illius Dei, tollentem peccata mun-
di, inornante à Sacerdotibus iniquolaturn, & pro-

tiosum ejus corpus & sanguinem verē nos sumentes
credamus, hec esse noſtrā redēptionis ſymbola. Eo-
dem facuto Hilarius 8. I finit. Si verē Verbum ca-
ro factum eſt, & nos verē Verbum carnem cibū Do-
minico sumimus.... de naturali enim in nobis Chri-
ſi Unitate... ipſe ait: caro mea verē eſt eſca, &
sanguis meus verē eſt potus. Quis dicit carnem meam,
& bibit sanguinem meum, in me manet, & ego
in eo. De veritate carnis & sanguinis non eſt reli-
tas ambigendi locutus.

Eodem saeculo Ambrosius l. 4. de Sacram. c. 4. 172.

Licet figura panis & vini hic, omnino nihil aliud,
quam caro Christi, & sanguis, post conſeruationem
creden-da ſunt. Unde ipſa Veritas ad diſcipulos ſuos:
hec caro mea eſt pro mundi vita. Et, ut mirabi-
lis loquar, non alia plane, quam que nata eſt de
Maria, & passa in cruce, & reſurrexit de ſepul-
cro. Hee (in quaum) ipſa eſt.... verē illud cor-
pus, quod ſumptum eſt de Virgine. Et rursus: pa-
nis eſte, panis eſt ante conſeruationem: nū acce-
ſerit conſeruatione, de pane fit caro Christi.... Quo-
modo potest qui panis eſt, eſſe corpus Christi? Con-
ſeruatione. Conſeruatione igitur cuius verbis eſt, &
cuius sermonibus? Domini Iesu.... Ergo ſermo
Christi hoc conficit Sacramentum. Quis ſermo Chri-
ſi? Nempe iſo quo facta ſunt omnia. Iuſti Domi-
ni, & ſacra ſanctum caro. Iuſti Dominus, & ſacra
terea ſanctum maria. Iuſti Dominus, & omni terrena generata eſt. Vi-
des ergo quād operatorius eſt ſermo Christi. Si ergo
tanta uis eſt in ſermonē Domini Iesu, ut incipie-
rent eſſe, que non erant; quād magis operatorius
eſt, ut que orant, in aliud conuocarentur? Caelum
monerat, mare non erat, terra non erat. Sed audi-
buerunt: ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe manda-
vit, & creata ſunt. Ergo ille ut respondet, non
erat corpus Christi ante conſeruationem, ſed poſt con-
ſeruationem dicotib; quod iam corpus eſt Christi....
Obſerva, de pane fit corpus Christi, ſermonibus
Christi, qui ſermo eſt iſo quo facta ſunt omnia. Re-
l. 6. c. 2. Sicut verus eſt Dei Filius Dominus noſtri
Iesus Christus, non quemadmodum homines per
gratiam, ſed quiaſ Filius ex ſubſtantia Patris; iſa
vera caro, ſicut ipſe dixit, quam accipitimus. Et
verus ephus sanguis eſt potus. Et l. de initiaſt. c. 9.
Revera mirabile eſt, quod manna Deus pluit Pa-
tribus.... bac autem in figuram facta ſunt noſtri
Cognovis praefantiora. Postor enim lux, quam
umbra; veritas, quam figura; corpus Authoris
quam manna de celo. Forte dicas: alia video
Quonodo tu mihi offeris, quod Christi corpus acci-
pim? Et hoc nobis adhuc ſuperest ut problemus,
non eſſe hoc quod natura formavit (utique panem)
ſed quod benedictio conſeruant. ... benedictionibus
etiam natura ipſa mutatur. Virgam tenebat Mo-
yses, project eam, & facta eſt serpens (verē & pro-
prijs, non figurata dumtaxat) rurſum appreben-
dit caudam ſerpentis, & in virga naturam rever-
tit. Vides rigit prophetice gratia mutatam eſſe na-
turam, & ſerpentis & verge.... Advertemus igitur
majoris eſſe virtutis gratiam, quam naturam.
Et adhuc tamen prophetice benedictionis numerus
mis gratiam. Quid si tantum valuit humana be-
nedictio, ut naturam converteret, quid dicimus de
ipſa conſeruatione diuina, ubi verba ipſa Domini
Saluatoris operantur? Nam Sacramentum illud
quod accipit, Christi ſermonē conſicetur. ... Incar-
nationis exemplo affluiamus mysteriū veritatem.
Nunguid nature uisus precepit, cum Dominus Je-
sus ex Maria moſeretur? ... Et hoc quod conſic-
mus corpus ex Virgine eſt... vera ueritudo caro Chri-
ſi, que crucifixa eſt, que ſepulta eſt, &c.

Et Cyrilus Hieroſolymitanus Catech. myſtag.
4. Cum igitur Christus iſe ſic affirmet, argu de
cat de pane: hoc eſt corpus meum, quis deinceps
audient dubitare? atque eodem quoque conſirante,

N

Et dicente: hic est sanguis meus: quis (inquam) dubitet & dicat, non esse illius sanguinem? Aquam aliquando convertit in vinum, quod est sanguinis propinquum, in Cana Galilae, sola voluntate. Et non erit dignus, cui credamus, quod vinum in sanguinem transmutasset? Nam sub specie panis, datur tibi corpus & sub specie vini, datur tibi sanguis, ut sumptu corporis & sanguinis Christi, efficiari sei comparticeps corporis & sanguinis. Sic Chrysostomus erimus, hoc est Christum serventes... cum corporis eius & sanguinem in membra nostra recipimus. Et post multa candem in rem explicata, solutaque difficultates, subdit: Hoc sciens & pro certissimo habens, panem hunc, qui videtur a nobis, non esse panem, etiamque gypsii panem esse sentiat, sed esse corpus Christi. Et vinum, quod a nobis conspicitur, tametsi sensu gypsii vinum esse videatur, non tamen vinum, sed sanguinem esse Christi.

177 Quinto saeculo S. Gaudentius homil. 2. in Exod. Unus pro omnibus mortuus est, & idem per singulas Ecclesiarum domos, in mysterio panis & vini reficit immolatus... ne terrenam patet, quod celeste effectum est, per eum qui transit in illud, & fecit illud suum corpus & sanguinem. Et S. Chrysostomus homil. 51. in Matth. Non vestis tantummodo, sed corpus ipsius nobis propositum est, non ut tangamus solummodo, sed ut comedamus & saturemur... veniat in mentem tibi, quo sis honore honoratus, quam menja fruaris, quam Angeli videntes tremunt... hoc no pasimur... Neque illi fasti suis hominem fieri, colaphis cedat, & crucifigi; veram & semel ipsius nobis commisceret, & non fide tantum (audierat Calvinus erroris sui contradictrium) verum & ipsa re nos suum efficit corpus. Et homil. 45. in Joan. Ut autem non solum per dilectionem, sed respissa illam carnem convertamus, per cibum id efficiatur, quem nobis largitus est. Cum enim suum in nos amorem indicare velles, per corpus suum se nobis commisceret... & sanguinem... Hic mysticus sanguis demones precul pelvit, Angelos & Angelorum Dominum ad nos allicit... Quod si ejus figura tantam habuit vim in templo Hebreorum, in media Aegypto limbus aperitus, longè magis veritas... Hic sanguis in figura peccata purgabat: in qua si tantam habuit vim, si umbram ita mors horruit, quantopere (queso) ipsum formidabat veritatem?

178 Eodem saeculo Augustinus concione prima in Psal. 33, explicans verba ista Reg. 21, secundum 70. Ferebatur in manibus suis. Hoc (inquit) quomodo intelligebatur in ipso David secundum litteram non inventum. In Christo autem invenimus. Ferebatur enim Christus in manibus suis, quando commendans corpus suum, ait: hoc est corpus meum. Ferebatur enim illud corpus in manibus suis. Igitur ad litteram, adeoque in sensu pleno, proprio & reali intellegi verba Salvatoris, hoc est corpus meum. Et in Psal. 98. necnon serm. de S. Stephano: De carne Marie carnem accepit, & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit. Nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adoraverit. Et 1. 2. contra advers. Leg. & Proph. c. 9. Christum Jesum carnem suam nobis manducandam, bibendumque sanguinem dantem, fidelis corde, oreque (realiter proinde substantialiterque) suscipimus. Et epist. 11. ad Januar. Liquido appetet, quando primus accepit Discipulus corpus & sanguinem Domini; non eos accepisse jejuno; numquid tamen propter ea calumniam est universalis Ecclesia, quod a jejuniis sumatur. Et hoc enim placuit Spiritui sancto, ut in honorem tanti Sacramenti in nos Christianos prius Dominicum corporis intraret, quam ceteri cibi.

179 Et Cyrus noster Alexandrinus epist. ad Nestorianum, a Concilio Ephesino anno 430. approbatam:

Ad mysticas benedictiones accedimus, eaque ratione sanctificamur, usque sacra carnis & presiosi sanguinis Christi: omnium nostri Salvatoris participes efficiemus... Neque illam ut carnem communem suscipimus, sed tamquam verè vivificam, ipsiusque Verbi propriam. L. 4. aduersus Nestorianum pag. 112. Edebat illi veteres homines Agnum immaculatum... ut mortem in alios invadentem ipsi superarent, & exterminatores effigerent. Ergo conservabant ipsi figuræ eos, qui ante nos fuerunt. Quantò igitur rei nostra sunt excellentiores, quibus ipsa Veritas, id est Christus illuxit, sanguinem carnem ad participandum apposuit?... Manna... cum per desertum ejus temporis hominibus demissam fuisset, typum gerit mystica benedictionis. Umbra namque erat lex. Ideo prudenter admodum Dominus noster Jesus Christus typum extenuat, ut ad veritatem transferat. Neque enim ille fuit pars vita, sed ego possum, qui de celo sum, & omnia vivifico. & me in manducante: etiam per uitiam mibi carnem infero... Vide igitur quemadmodum, se in nostra demissis corpora, ut dixi, etiam per suam carnem, que veras est cibis: cum illa legalis umbra... non habeat veritatem. Et lib. 4. in Joan. c. 2. Sapientia Salvator, eamdem sermonem Iudeis inculcans, varie proponit, modo quidem enigmatis & obscuritate multa involvolut, modo recte tunicâ, nudum & apertum... Nihil igitur occultans, nude & aperte demum Christus ait: Ego sum panis vivus, qui de celo descendit. Illud manna typus erat (inquit) & umbra, & imago. Audite palam nunc & aperte: "Ego sum panis vivus. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in eternum." Qui ex illo manducaverunt, mortui sunt: non erant enim vivifici. Qui autem manducat hunc panem, id est ME, vivi MEAM CARNEM (non in umbra figurarum, ut olim in manna; sed realiter & vere) vivet in eternum.

Item Leo Magnus serm. 6. de jejuniu sept. 180 mens. Dicente Domino, nisi manducaveritis, sic sacra mensa communicare debetis, ut nihil profusus de veritate corporis Christi & sanguinis ambigatis. Hoc enim ore sumitur, quod fide creditur, &c.

Sexto saeculo Gregorius Magnus homil. 14. 181 Bonus Pastor animam suam posuit, ut in Sacramento nostro corpus suum & sanguinem verteret, & oves, quas redimerat, carnis suæ alimenta satiaret. Et homil. 22. Quid namque sit sanguis Agni, non iam audiendi, sed bibendi dicitur. Qui sanguis supra utrumque posset ponitur, quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis habuitur. Et lib. 4. Dial. c. 58. Debemus... quotidiana carnis eius & sanguinis hostias obmolare. Hoc namque singulariter videtur ab eterno interita anima salvata, in qua Christus pro nobis iterum in hoc mysterio immolatur. Ejus quippe ibi corpus sumitur... ejus sanguis... in ora fidelium funditur. Hinc ergo pensamus, quale sit pro nobis hoc sacrificium, quod pro abolitione nostra passionem unigeniti Filii semper imitatur. Quis enim fidelium habere dubium possit, in ipsa immolationis hora, ad Sacerdotis vocem coenos aperiri, in illo Iesu Christi mysterio Angelorum chorus adegit, summis ima sociis, terrena cœlestibus jungi, &c.?

Septimo saeculo Anastasius Synaita lib. cui titulus, ¹⁸² Dux vera fidei: Non dixit, hoc est figura corporis mei, sed hoc est corpus meum.

Octavo saeculo Joannes Damascenus lib. 4. fid. 183 orthod. Christus nos dixit: hoc est figura corporis mei, sed hoc est corpus meum. Et iterum: Quæfors Virgo, quomodo sit mihi istud? Respondit Gabriel Archangelus: Spiritus sanctus superveniet in te. Tu quoque nunc queris, quomodo panis nunc fiat corpus Christi, & vinum aqua mixtum fiat sanguis Christi? Tibi quoque respondeo: Spiritus sanctus superveniet, eaque efficit, que orationis facultates,

De sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

99

*E*s mentis intelligentiam excedunt.... Quod si queras quo pacto id fiat? Satis tibi sit audire, quod per Spiritum sanctum id fiat. Quemadmodum ex sancta Dei Matre, per Spiritum sanctum Dominus filii ipsi carnem condidit; nec quidquam amplius nobis perspectum est exploratum est, quam quod verbum Dei est verum, efficax, atque omnipotens, ut ea efficiat, que nulla ratio humana queat indagare. Quin ne hoc quoque alienum fuerit, dicere, quod quemadmodum naturaliter panis per manducationem, et vinum et aqua in biberis, comedens corpus et sanguinem immutansur; sic panis et vinum, quod proponuntur in altari, per sancti Spiritus invocationem, et adventum, mirabil modo in Christi corpus et sanguinem versantur.

- 184 Eodem saeculo septima Synodus Generalis, seu Concilium Nicenum II. act. 6. t. 3. sub finem: Nullus aliquando tubarum spiritu, sacerdotum videlicet Apostolorum, aut illustrum Patrum nostrorum, incircum sacramentum nostrum, quod in commemorationem Christi Dei nostri... efficitur, dixit imaginem corporis ejus. Negue enim accepimus a Domino sic dicere, vel confiteri, sed audiunt evan gelice, dicente eo: nisi manducaveritis carnem Filii Hominis, et biberitis ejus sanguinem, non intrabis in regnum celorum. Et qui manducat meam carnem, et bibit sanguinem meum, in me manet, et ego in eo. Et accepto pane, gratias agens, frigat, et dedit Discipulis suis, et ait: accipite et comedite, hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit, et dedit illis, dicens: bibite ex hoc omnes: hic est enim sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Et nos dixit: accipite et comedite imaginem corporis mei. Sed et Paulus divinus Apostolus ex divinis Domini vocibus hauiensi, ait: ego acceperi a Domino, quod tradidi vobis, quoniam in qua nocte tradebatur, accepit panem, et gratias agens, frigat et dixit: accipite et comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem, postquam cenavit, dicens: hic calix nostrum Testamentum est in meo sanguine, &c. Ergo liquido demonstratum est, quod nusquam Dominus, vel Apostoli, aut Patres imaginem dixerunt sacrificium sine sanguine (id est incircum), quod per Sacerdotem offertur, sed ipsum corpus, ipsum sanguinem. Et ante sanctificationis quidem celebrationem typi quibusdam sacerdotum Patrum hae prius quam est nominare.... Post sanctificationem autem corpus proprium ac sanguinem Christi dicuntur, sunt, et creduntur.

185 Nono saeculo Carolus Magnus, & Episcopi in Concilio Francofurtensi congregati solemniter declararunt, quod Eucharistia imago non est corporis Christi, sed corpus ipsum, & veritas per veteres figurae significata.

- 186 Eodem saeculo Paschasius lib. de corp. & sang. Dom. Omnia (inquit) quaecunque voluit Dominus, fecit in celo et in terra. Et quia voluit (scilicet in figura panis et vini), hoc sic esse, omnino nihil aliud, quam caro Christi et sanguis post consecrationem credenda sunt. Quia (ut ibidem dicit) sensibilis res, panis scilicet et vinum, intelligibilis virtute Dei, per verbum Christi, in carnem ipsius ac sanguinem divinitatis transferitur. Quod cito, nihil novum dixit, sed communem totius Ecclesie fidem explicavit, ut sub vita finem declarat in epist. ad Frudegardi. Cum enim de eo aliqui dubitare coepissent, & ipse metu Frudegarius, de quo sic: Dicis te sic antea credidisse, et in libro quem de Sacramentis edidi, ita legisse; sed profiteris postea, te in libro tertio de doctrina Christiana B. Augustini legisse, quod tropica sit locutio. Hoc refutat tamquam novum errorum contra Dominum, & contra totius Ecclesie fidem: nam

(inquit) usque ad praesens nomen decessisse legitur, nisi qui de Christo erraverunt, ut Simoniani & Saturniani (apud Ignatium supra n. 172.) qui negant veram Verbi Incarnationem, sive veram Christi carnem. Idem addidit: Miror quid volunt nunc quidam dicere, non in re esse veritatem carnis Christi, vel sanguinis; sed in Sacramento virtutem quendam carnis, et non carnem. Quamvis (inquit) quidam de ignorantia sic errant, nemo tamen est abduc in aperto, qui hoc ita esse contradicat, quod totus Orbi creditur et confitetur. Et iterum: Videat qui contra hoc venire voluerit, magis quam credere, quid agat contra ipsum Dominum, & contra omnem Ecclesiam. Et iterum: Nesciendum est scelus, orare cum omnibus, et non credere quod ipsa Veritas testatur, et ubique omnines universaliter verum esse fassentur.

Idem eodem saeculo testatur Amalarius (spicil. 187 to. 7.) Eucharistiam appellans universale sacrificium, quo Christus immolatur in altari. Addens: Sentit Ecclesia sacrificium praesens mandandum esse ab humano ore: credit namque corpus et sanguinem esse Domini, et hoc mortuus, benedictione celesti, impleri animas fumentum.

Eodem rursus saeculo Remigius Altissiodorensis (spicil. 188 in cap. 11. Epist. i. ad Cor. & in expositione Mfse: Cum mysterium sit, quod aliud significat, si in veritate corpus Christi, quare appellatur mysterium? propter ea unica quae post consecrationem aliud est, aliud videtur. Videtur quidem panis et vinum; sed in veritate corpus Christi est. Consulens ergo omnipotens Deus infirmatam nostram, qui natus non habemus comedere carnem crudam, et sanguinem bibere, facit ut pristina remaneat forma et figura, illa autem munera, et sit in veritate corpus Christi et sanguis.

Eodem saeculo Hincmar Archiepiscopus Re- 189 menis l. de praedict. c. 31. opinionem, que dicit Eucharistiam non esse nisi imaginem corporis Jesus Christi, redarguit, tamquam novitatem contraria fidem Catholicam.

Decimo saeculo S. Odo l. 2. c. 32. approbat 190 multumque extollit Paschalis librum supradictum de corpore et sanguine Domini, sequiturque proinde doctrinam, refertque in ejus vita Guilielmus Malmesburiensis ex Authore istius etatis, Odonem plurimorum de veritate Dominicis corporis dubitantes ita robosae, ut panem altaris verjant in carnem, et vinum calicis in sanguinem propagant ostenderint, et denud in pristinam speciem revertant nisi humano conducibilia facerent. Et S. Odilo in vita Imperatricis Adelaidis, landat, quod sacra olei undione peruncta, Sacramentum Dominicis corporis humiliiter et devotissime adorando perceperit, in quem semper credidit et speravit.

Undecimo saeculo (cujus anno circiter 35. Be- 191 rengarius suam contra hoc mysterium haeresim disseminare copit) S. Fulbertus Episcopus Carpentensis epist. i. postquam refutavit opinionem impugnantem veritatem hujus mysterii, tamquam errorem incompatibilem cum fide et unitate Ecclesiae: et ideo ab Ecclesia unitate divisus, dum fieri nolunt discipiuli veritatis, facti sunt Magistrorum erroris: stabilit communem Ecclesie fidem de transubstantiatione, sive mutatione panis in substanciali corporis Christi: Si ergo Deum omnia posse credis, et hoc consequitur ut credas, nec humanis disputationibus discernere curiosus infides, si creature, quas de nihilo potest creare, has ipsas multo magis valeat in excellentiori naturae dignitate convertere, et in suis corporis substanciali transfundere.

Adelmannus (Berengarii sub S. Fallento con- 192 discipulus) dicto anno 1035. Berengario exprobrat, quod se ab Ecclesia unitate separasset, atque a fide Catholica distinxerit, credendo quod

N 2

- corpus & sanguis Domini, quæ per universam terram quotidie immolantur, non esset verum corpus Iesu Christi, nec verus sanguis ipsius, sed similitudo & figura.
- 193 Hugo Lingonensis Episcopus, scriptis pariter ipsi litteris, ipsius doctrinam redarguit, tamquam fideli Catholicis contrariantem. Ipsumque alloquens: *universalem (inquit) Ecclesiam scandalizans.*
- 194 Dodecimus Episcopus Leodiensis, in litteris ad Henricum I. Regem (quas Baronius referit ad annum 1035, sed Durando male attribuit) de Berengario conqueritur, tamquam innovatore veretur haeresum, cuius error ad eum notiorius esset, ut necesse non foret Concilium congregare ad ipsum condemnandum, & addit: *Absit ut tam perverterit, & à veritate ipsi tantum aversus jangamur per fidem, atque in sancta corporis & sanguinis communione minus aliquid fateamur, quam Catholica per orbem universum praedicit Ecclesia.*
- 195 Lanfrancus Archiepiscopus Cantuariensis, 1. de corp. & sang. Dom. c. 22. ipsum alloquens: *Fasta (inquit) plenus, contra orbem terrarum sentire cœpisti, contra Catholicam veritatem, & contra omnium Ecclesiastarum opinionem scriptum condidisti. Quippe si verum est quod ab Ecclesia ubique gentium de eadem re creditur & adstritur. Omnes enim qui Christianos se, & esse & dici letantur, veram Christi carnem verumque ejus sanguinem, ultra que sumpta de Virgine, in hoc Sacramento se percipere gloriantur. Interrogat universos, qui latine lingue, nostrarumq; litterarum notitiam percep- rant. Interrogat Graecos, Armenios, seu cuiuslibet Nationis quicunque Christianos homines, uno ore hanc fidem se tequantur habere.*
- 196 Guitmundus Episcopus Aversanus, 1. 3. ipsi pariter obicit, ejus errori neque vel unam civitatem, vel etiam unam villulam confessisse. Et addit: *Si quis qualitatem, vel flagitiam vitam eorum, per quo error ille utcumque pullulavit; si quis nullum sincere vite hominem, nullum penitus sapientem; si denum non solum Concilia, sed etiam totum Orbem terrarum contradicentes pergit, ta- cente nostrâ disputatione, quid magis tenendum sit, satis, ut arbitratur, iudicabit.*
- 197 Statim proinde contra Berengarianum errorem, velut novitatem fidei universalis totius Ecclesie aduersantem, Scriptores passim omnes insurrexerunt. Infurexerunt & Concilia adversus eundem Berengarium codem saeculo celebrata, scilicet Parisiense anni 1050. Vercellense sub Leone IX. Turonense sub Victore II. Lateranense 113. Episcoporum sub Nicolao II. Romanum sub Gregorio VII. in quo Berengarius suam heresim post multiplices relapsum abjuravit, tandemque pos- nitens in Catholicę Religionis professione anno 1088. nonagenarius obdormivit. Post cujus mor- tem heres ipius rursum condemnata fuit in numero summum Conclio Placentino anno 1095. sub Urbano II.
- 198 Quid plura? sub initium ejusdem saeculi anno 1017 in Concilio Aurelianensi (cujus historia ex- dat spicileg. t. 2. p. 674.) cum quidam haereticī dogmatizarent, peccata non ablini in Baptismo, Christum non esse natum ex Virgine, neque panem & vinum, quod super altare manibus Sacerdotum sancti Spiritus operatione effici videtur Sacra- mentum, converti posse in corpus & sanguinem Christi, opinamenta ita velut execrabilia portent. Concliu in praesente Roberto Rege exhorruit: cùmque hæc & alia execranda perditæ & miseri evi- merent, &c. ut refertur in eadem historia.
- 199 Nec solum Latini Scriptores contra errorem illum undecimum saeculo scriperunt, verum & Graeci, ut Theophylactus in cap. 26. Matthei: *Porr̄ dicens, hoc est corpus meum, ostendit, quid ipsum*

Quartus.

corpus Domini est panis, qui sanctificatur in altari, & non respondens figura. Non enim dixit: hoc est figura, sed hoc est corpus meum. Infalibilis enim operatione transformatur, etiam si nobis videatur panis, quoniam nimis infirmi sumus, abborremus nudas carnes comedere, maxime hominum carnem. Et iadu panis quidem apparet, sed revera caro est. Et in cap. 14. Marci: hoc est corpus meum, hoc (inquit) quod sumitis. Non enim figura & exemplar quadam Dominicis corporis, panis est, sed in illud ipsum convertitur corpus Christi. Dominus enim dicit: panis quem ego dabo, caro mea est. Non dixit: figura est carnis mea, sed caro mea est, &c.

Secundu duodecimo Petrus Cluniacensis plures 200 epistolæ scriptis aduersus Petrum de Brus, errorem Berengarii refutantem, contra quem scrip- fit etiam tractatum speciale de sacrificio Missæ, & transubstantiatione. Similiter S. Bernardus Henricum quendam, Petri discipulum, confutavit epist. 24. ferm. 65. in Cant. variis sermonibus, & miraculis ipsum exagitavit, sicut & epist. 195. & 196. acriter refutavit Arnoldum de Brixia in eodem errore versantem.

Eodem saeculo Rupertus Abbas Tuitiensis mul- 201 ta ingeniosè scripit, & in epist. nuncupatoria Com- mentariorum in Joannem Edit. Colon. anni 1526. Berengarianos impugnat dicens: *Aliqui ex eis dum volant Sacramentum corporis & sanguinis Domini solumente signum esse sacrum rei, juxta erorem quendam Berengarii, etiam dictum B. Au- gustinum ita sentire putant. Quod omnino falsum est. Ego autem verum corpus Christi, quod pro nobis traditum est, & verum esse decto sanguinem, qui pro nobis effusus est, sicut Catholicæ Ecclesie tenet... Augustinum in sui erroris patrocinium Berengarius citare conuerterat, dicta eius malo sensu accipiendi. Verum bac iam serè nemo palam proficeret, aut de- sendere audet, universa sentiente Ecclesia Catolicā, quia verum Christi corpus, & verus Christi sanguis est. Sic tamen Berengarii heresim confu- tavit, ut audacia temeritate aliam heresim de impanatione invexisse nonnullis videatur, tametib; ab aliis vindicetur. Hoc constat, Algerum I. 1. de corpore & sanguine Domini c. 6. conquestum, quid tempore suo (codem utique saeculo duode- cimo) excitata forcat nova heres & absurdissima de impanatione. Quam ibidem refellit, sicut & totis tribus libris de corp. & sang. Domini Beren- garianam Calvinianamque heresim confudit. De Algero Petrus Cluniacensis initio libri sui de sacri- ficio Missæ sic testatur, Lanfrancum scripisse de Sacramento Eucharistia benē, plene & perfecte; Guitmundum melius. plenius & perfectius; Algerum optimè, plenissime & perfectissime.*

Eodem rursus saeculo catholicum (quam affe- 202 rimus) veritatem tradiderunt Hugo à S. Victore, Petrus Lombardus, Petrus Bleinenfli aliquie per- mult.

Nec solum Latini, sed & Graeci, Basilius Archi- 203 pishopus Thessalonicensis in epist. ad Adrianum IV. Papam. Isaac Armenia Episcopus in Aucto- rario Biblioth. PP. col. 344. & 346. Simon Junior sacrarum Medit. c. 14. Euthymius in Matth. c. 64. ubi sic: *Sicut vetus Testamentum bofis & sanguinem habet; ita sanguis & novum, corpus videlicet & sanguinem Domini. Non dixit autem, hec sunt signa corporis & sanguinis mei, sed hec sunt corpus meum, & sanguis meus.*

Sæculo XIII. præter Albertum Magnum, 204 Alexandrum de Ales, S. Thomam, S. Bonaventuram, catæcōque Scholasticos, quoquor de hac materia scripserunt) assertione nostram Catholicæ Ecclesie anno 1215. definitiv in Concilio Ma- gno Lateranensi 1200. Patrum sub Innocentio III. cap. 1. ubi sic: *Una vera est fidelium univer- salis Ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur,*

De sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

101

in qua idem ipse Sacerdos & sacrificium Iesu Christi, cuius corpus & sanguis in Sacramento altaris, sub speciebus panis & vini, veraciter continentur, transubstantiatis pane in corpore, & vino in sanguinem.

205 Seculo XIV. candem veritatem Ecclesia anno 1311. non solùm recepit in Concilio Vienensis sub Clemente V. sed & decrevit festivitatem corporis Christi quotannis celebrandam.

206 Seculo XV. candem iterum veritatem anno 1418. profela est in Concilio Conflantieni sess. 13. ubi sic: *Firmissime credendum, & nullatenus dubitandum, integrum Christi corpus & sanguinem, tam sub specie pani, quam sub specie vini, veraciter contineri. Et rursus anno 1438. in Concilio Florentino sess. 25. Hoc sacro univerfali approbante Concilio definitum, ut hac fideli veritas ab omnibus Christianis creditur & insciptiar, in azymo, iive fermentata pane tritico, corpus Christi veraciter confici, Sacerdotesse in altaris ijsu Christi corpus conficere, &c.*

207 Seculo XVI. candem veritatem contra Zwingianos, Calvinistas, Lutheranos, &c. rursum definit in Concilio Tridentino sess. 13. in cuius Praefatione posteaquam dixit: *Eadem facta antea Synodus sanam & sinceram illam de venerabili hoc & divina Eucharistia Sacramento doctrinam tradens, quam semper Catholicæ Ecclesie ab ipso Iesu Christo Domino nostro, & ejus Apostolis eruditæ, atque a Spiritu sancto, illi omnem veritatem in dies fuggerente, edotta retinuit, & ad finem usque seculi conservavit, omnibus Christi fidelibus interdicit, ne postea de sanctissima Eucharistia alter credere, docere, aut predicare audeant, quam ut eis hoc præsentis decreto explicatum atque definitum, cap. 1. definit ut supra n. 144.*

C A P U T X V I I I .

Quinque heretici contra se habent perpetuam totius Ecclesiæ Catholice fidem, unanimemque Nationum omnium Christianorum consenso nem. Unde patet ipsos Novatores esse, alieno que à perpetua Ecclesiæ fide, in quam tota Ecclesia Graeca cum Latina consentit, semperque consenserit.

208 Quid habent contra se perpetuam totius Ecclesiæ Catholice fidem, constat ex dictis capitibus præcedentibus. Illam enim fidem Ecclesia Catholica tenet, semper tenuit, quam à Patribus, & per Patres ab Apostolis, & per Apostolos à Christo accepit, & per Oecumenica Concilia declaravit. Atqui Christum verè, realiter, & substantialiter in venerabili Eucharistia Sacramento contineri, per octo Concilia Oecumenica declaravit, & à Patribus omnibus, qui fuerunt à temporibus Apostolorum, imò ab ipsissimis Apostolis, & à Christo verbis planis & peticipius id donec ipsa accepit, uti demonstravimus capitibus præcedentibus.

209 Er confirmatur: quia cùm Berengarius suam hac de re hereticum propalavit, is erat, semperque fuerat universa Ecclesiæ sensus & consensus, Christum in hoc Sacramento verè, realiter, & substantialiter contineri, non tropicè, figuratè, & obiectivè, aut virtualiter, seu in virtute dumtaxat. Nullus quippe aliquius nominis unquam aliter crederat, nullus apterè fronte tradiderat, quem Ecclesia pro Catholico agnoverit. Allegatur quidem à nonnullis Ratraminus quidam, vel Bertramus, Monachus Corbeiensis, non facili Scriptor, sicut & Joannes Scotus Erigena, ipsi synchronus. Sed tametsi ambiguè hac de re scripsierint,

idèque plerisque de hæreti suspicti fuerint, vel etiam habiti hæretici. Sed tametsi Joannem Erigenam (non Ratramnum) pro sua hæreti Berengarius allegaverit, idèque in Concilio Vercellensi liber Erigenæ proscriptus fuerit; ipsos tamen ab ea hæreti expurgant Acta SS. Ordinis S. Benedicti Parisiis anno 1680. edita, in Praefatione sculi IV. idèque istius hæretos primum scandala Guitmundus l. 3. S. Thomas q. 75. a. 1. in fine corp. Bellarminus aliquis in Berengarium reciont; ita ut Guitmundus dicat, *notissimum esse hoc tempore, priusquam Berengarius in anfis, hismodi vejanias nulquam fuisse. Quidquid tamen de eo sit, dato, non conceollo, quod vel Ratramnus, vel Erigena, vel alius quicquam ante Berengarium hac de re perpetrâ senserit, vel scripsit, non aperte, sed obscurè & ambiguè scripsit, & contra communem Ecclesiæ fidem. Neque id Ecclesia sustinuit, dum in publicam ipsius notitiam devenit, ut confat ex eo quod proscripterit Erigena librum (ante saeculum undecimum vix perulgatum, foliisque paucis notum, prout constat ex eo quod nullus ante saeculum undecimum fecisse legatur mentionem illius) statim atque intellexit Erigenam in eo tam lubrice, & ambiguè loqui, ut de Berengariano errore suspectus foret, ipsumque proinde Berengarius in lui erroris patrocinum allegaret. Enimvero quis ante saeculum nonum hac de re fuerit Ecclesiæ sensus & consensus, Synodus septima Generalis suprà n. 184. evidenter nos edocuit. Quis vero fuerit saeculo nono, sub illius initio, accepe ex Amalaro (qui obiit anno 14. illius saeculi:) *Sentit Ecclesia (inquit) sacrificium præcis mandandum esse ab humano ore: credimusque corpus & sanguinem Domini esse. Quod Amalaro testimonium exponit nequit, nisi de vero, reali & substantiali corpore Christi: cùm usque ad eum, realiter & substantialiter Amalarus id intellexerit, ut modo nimis grosso, divinum illud corpus accepisse videatur, cum addidit: Ita vero sanctum corpus Domini, bona intentione, non est mihi disputandum, utrum invisibiliter assensus in celum, an reveretur in corpore nostro nique in diem sepulture, an exhaleatur in auras, aut exeat de corpore cum sanguine, aut per pores emitatur, &c. Accipe etiam ex Pachacio epist. ad Frudegard. ubi sic: Usque ad præsens nemo decessasse legitur, nisi qui de Christo erraverunt, ut Simoniani & Saturniani. Et infra: Quanvis ex hoc quidam de ignorantia errant, nemus tamen adhuc est in aperto, qui hoc ita esse contradicat, quod votus Orbis credit & confitetur. Unde statim atque in aperto Berengarius saeculo undecimo contradixit, in ipsum, velut novatorem, fideique torius Ecclesiæ contradicentem, istius facili Scriptores passim omnes infurixerunt, utique Fulbertus, Adelmanus, Hugo Lingonensis, Deodatus, Lanfrancus, Guitmundus, uti n. 191. 192. 193. 194. 195. & 196. vidimus. Quod codem saeculo amplius constitit ex tot Conciliis n. 197. produxit, quibus Berengariana hæresis per Ecclesiam damnata fuit.**

Eundem totius Ecclesiæ sensum & consensum fuisse à saeculo undecimo usque ad præsens, constat ex dictis à n. 200. usque ad 208.

A saeculo nono ascendenlo usque ad tempora Apostolorum n. 184. authenticum exhibuimus testimonium Concilii Oecumenici VII. quod natus... Apostolorum, aut illistrum Patrum nostrorum, invenimus sacrificium... dixit imaginem corporis ejus... Item quod nulquam Dominus, vel Apostoli aut Patres imaginem dixerunt sacrificium... quod per Sacerdotem offertur, sed ipsum corpus, ipsum sanguinem. Et ante sanctificationis quidem celebrazione typos quibusdam SS. Patrum hæc pietatum est nominare... Post sanctificationem autem

N 3